e-codices

in gallorum cantū. illu
ceſcente dominica. ieiu
nium ſabbati protelatur.
non ſolum ſex & xxx. die
rum numerus adimple
atur. Uerum & iam pro de
cimis quinque dierum
qui reſidui uidebantur.
Si illud quod ſup adiectū ē
noctis ſpatium compute
tur. plenitudini totius
ſummę omnino non
deerit. XXVI
Quid uero de primitiis
dicam? quas ab om
nib; qui xpō fideli
ter famulantur. cot
tidie certum ē exhibe
ri? Nam cum expergi
a ſomno. & quasi redi
uiua poſt ſoporem ala
critate ſurgentes. pri
uſquam motum ſenſus
ullius corde concipi
ant. uel memoriam.
aut curam rei familia
ris admittant. cogi
tationū ſuarū ortus
atque principia. diui
nis conſecrant holo
cauſtis. quid niſi primi
tias uere ſuorum fruc
tuum. p ſummum ſacer
dotem ihm̄ xpm̄. pro
uſu uitę huius. & imagi
ne cottidianę reſur
rectionis exſoluunt.
Qui que & iam a ſomno
excitati. hoſtiā iubi
lationis ſuę dō ſimilit̄
offerentes. Primo
linguę ſuę motu. ipſum
inuocant. ipſius nom̄
laudeſque concelebrant.
atque ad canendos ei
ẏmnos. primā labio
rum clauſtra reſe
rantes. Immolant
dō ſui oris officia.
Cui & iam pari deferunt
modo primā manuū
ſuarum greſſuumque
libamina. cū e cubilib;
conſurgentes. In ora
tione conſiſtunt. Et
priuſquā in proprius

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 575, p. 69 – Johannes Cassianus, Collationes patrum XVII-XXIV (http://www.e-codices.ch/de/csg/0575/69)